

que in terra non inuaguit. tunc cogitare cepit. quid de spirita
 libus amasit. Pauperes ergo et debiles. ceci. et claudi. uocantur et ue
 nunt. Quia infirmi quique atque in hoc mundo despecti. plerumque tanto
 celerius uocem dei audiunt. quanto et in hoc mundo non habent.
 ubi delectentur. Quod bene amalechitarum puer ille aegyptius designat.
 quia malechitas predicantibus atque currentibus. eger remansit in uia.
 fame. siti. aruit. Quae tamen dauid inuenit. ei cibum. potumque praebuit.
 Qui illico conualescens. dux dauid factus est. conuiuantes amale
 chitas repperit. et eos qui se debiles reliquerant. cum magna for
 tudine proficiunt. Amalechita quippe. populus lambiens uocatur.
 Et quid per lambientem populum. nisi mentes secularium designantur.
 quae terrena cuncta ambiendo. quasi lambunt. dum solis tempora
 libi delectantur. Quasi enim populus lambiens praedici facit. dum terrena
 diligentes. lucra de alienis dampnis exaggerant. Sed puer aegip
 tius eger in uia relinquitur. quia peccator. quisque dum infirmari
 ab huius mundi statu cepit. mox secularibus mentibus in despec
 tum uenit. Quae tamen dauid auenit. ei cibum et potum praebet. quia
 manu fortis dominus. abiecta mundi non despicit. et plerumque eos qui
 sequi mundum minime ualentes. quia in uia remanent. ad amorem
 sui gratiam conuertit. Et sic uerbis sui cibum et potum porrigit. et quasi
 duces sibi in uia elegit dum suos etiam predicatores facit. Dum enim christum
 peccatorum cordibus inferunt. quasi dauid super hostes ducunt.
 Qui conuiuantes amalechitas. uelud dauid gladio ferunt. quia
 superbos quosque qui in mundo desperant. domini uirtute. pro
 sternunt. Puer ergo aegyptius. qui in uia remanserat. amale
 chitas interfecit. quia plerumque ipsi mentes secularium predicando
 superant. qui prius secularibus in hunc mundum currere non
 ualebant. Sed deductis ad cenam pauperibus. quid puer sub lingua
 audiamus. Domine. factum est quod imperasti. et adhuc locus est. Muta
 tales ad cenam dominicam ex iudea collecti sunt. sed multitudo
 quae ex israelitico populo credidit. locum superum conuiuii non im
 pleuit. Intrauit iam frequentia iudeorum. sed adhuc locus uacat
 in regno. ubi suscipi debeat numerositas gentium. Unde et eide

V. 580



Fragm. lat. 140

